

**XXXIV.**

Suntq̄, vel mixta vel simplicia corpuscula.

**XXXV.**

Elementa neq̄; alterantur, neque corrumpuntur, neque transmutantur, nempe terra, aqua, aër, ignis.

**XXXVI.**

Elementa in mundo non sunt pura, neque corpora mista.

**XXXVII.**

Ne guttula aquæ in toto perit mundo: tantundem sentiendum de aëre, terrâ & igne.

**XXXVIII.**

Ignis sub Lunæ concavo extinctus est.

**XXXIX.**

Cœlum esse rotundum, vastissimum, purissimum, simplex, amplissimum, subtilissimum corpus, commune astrorum currentium receptaculum, immobile, invisibile & summè perspicuum, quis negat?

**XL.**

Aqua frigida naturâ est, semel calefacta, iterum, propter substantiæ ignis expulsionem, frigeat; in violento enim tunc statu existit, vimque illam vi repellere tentat.

**XLI.**

Mare, in primâ creatione, fecit Deus sal-  
sum,